



Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

13. Dies Octobris. Historia est conglobata quædam, & coacervata
Sapientia; Hominumque multorum mens in unum conglobata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

Octob.
io ? mai
infusum
aticis acc
ia lugubr
m, in Sa
bulal ing
varium, in
cessarium,
riosum, in
a volupta
di toto pe
rdo, succo
riimelle,
sareis im
im Eccle
nagua esse
is legendi
fuerunt,
arias co
temporis
que nihil
di volup
Magnu
e sum, ut
indus II.
s, ut potè
ue flusti
d velut è
iculis de
inter tot
um Ger
ones lex
julos

Octob.

Tessera.

813

justos Surii tomos , quibus omnium sanctorum res
præclarè gestas fusissimè complexus est, sexies evol-
vit, præter alios complures libros ; dicebatque se
malle vivendi, quām legendi facultate carere. Tibi
ergò fuerim auctor, ut multos evolvas Autores, &
hoc tibi sit cordi.

Libros scruteris, quamvis opulentus haberis.

13. DIES OCTOBRIS.

Historia est congregata quædam , & coacervata Sa-
pientia ; Hominumque multorum mens in unum
congregata. S. Gregorius Nazianz. Epist. ad Ni-
cobel.

Historiarum I.

Non satis ad utilitatem refe-
rendum , ut legas, neces-
se est legendo feligas. Inter
illa præferenda est omnibus assidua historiarum
volutatio, Causam accipias ex S. Gregorio , qui
nobis hodiernæ est auctor Tesserae. Quid inter
omnia quæ cadunt sub votum hominis , singi pro-
pè optabilius potest , quām in omni rerum eventu,
semper fortunato gaudere successu ? in quo vis ne-
gotio , vel sibi cum laude , vel alteri cum fructu
consulere ? posse se, vel alios præsentissimo eripere
periculo ; posse ad quæ vis quæ proponuntur dubia ,
appositè, prudenterque respondere , posse levi nego-
tio, aliorum refellere dicta ? denique seu quid agat,
seu quid dicat , audiatur cum plausu, fiat cum fructu.
Hæc omnia nancisceris volvendo historias. Quia
dum legendo per varios libros , oculis & animo va-
garis , potes inde velut in unum cumulum coacer-
vare omnium æstatum , ac hominum doctissima
respon-

responſa, ſaluberrima conſilia, ſolertes evadendi p-
ricula rationes, Stratagemata Martia, aliaque ſexto
laude digniſſima facinora. Hæc omnia tua faciſ, dū
aliena legis. Teſte Plinio : (a) Res ardua eſt, reu-
novitatem dare, novis auctoritatē, obſoletiſ nitorem, oſu-
ris lucem, fastidiis gratiam, dubiis fidem. Hoc faciū,
quod faſtu tam eſt arduum, historiæ.

II. Fructus quoſ fas eſt legentem historias, ca-
pere ex lectione, eleganter expoſuit Maximus Tyrius.
Quidquid boni eſt, ſive honesti, ſive utiliſ, ſive ju-
cundi, Historiarum lectioni inaſſe, ſic dilucide de-
monſtrat. (b) Nihil eſt jucundius, quam in Historia
verſari, quam ſine labore ullo paſſum divagari, omnia ſi-
mul loca intueri, omnibus bellis ſine periculo intereffe, in-
finitum temporis ſpatium contrahere, infinitas reſ gau-
ſimul cognoscere, qua ab Aſſyriis, qua ab Aegyptiis, qua
à Persis, qua à Medis, qua à Gracis facta ſunt. Bello nunc
terreſtri, nunc marino, nunc concionis mediae videſ in-
tereffe conſiliis. Cum Themistoſle in mari, cum Leonide in
terra pugnare; cum Agesilaο trajicere, cum Xenophonte
incolumem redire; amare cum Panthea, venari cum Cy-
nō, regnare cum Cyaxari. Quod sapiens ea de cauſa diu-
tū Ulyſſes, quod vaſer eſſet, multorumque hominum mores
luſtrasset, & urbes; dum ſibi, dum ſociis rediū, pariter
que ſalutem apparat? Multo ſapientior eſt, qui extra
periculum, Historias lectione ſe expletet. Charybdiu vide-
bit, ſed ſine naufragio: Syrenes audiet, ſed ſine vi-
culis; cum Cyclope agerit, ſed miti & placato. Hæc & alia
plura Tyrius. Hinc qui Historias non obiter, ſed
penſiculatè legerit, omnia quodammodo noviſſe cen-
ſendus eſt.

III. Po-
(a) In præfat. Hist. Natur. (b) Difſert. 12.

III. Potestne evidenter convinci , quod pro animæ salute hauriri possit emolumenntum ex lectio- ne præsertim sacrarum Historiarum , quam ex duobus illis Aulicis , de quibus eleganter Divus Au- gustinus ? (a) Erant illi , ut solent aulæ Proceres , mundi delitiis penitus irretiti , honoris cupidi , divi- tiarum avidi , cupiditate rerum pereuntium pleni , celestium inanes . Rapiebantur scenis theatralibus , spectaculis Circensibus , conviviis , tripudiis , lusi- bus , & id genus aliis oblectamentis . Erant & ambo jam desponiati . Quis homines illos totos terræ affi- xos , delitiis immersos , vanitati consecratos , poter- nit ad frugem convertere ? Suadere , ut quæ ante à di- ligebant , odio habeant : quæ avidissime se tabantur , fugiant ; quæ possidebant , abjiciant ; quæ ambie- bant , aversentur ; quæ aestimabant , contemnant ? Pro- fectò nec omnibus suis orationibus Tullius , nec vi- torrentis eloquentiæ Demosthenes , nec argumentis suis nervosissimis Aristoteles , nec pondere auctoritatis suæ potuisset persuadere Cato , hoc tamen il- lis , ut faciant , persuadebit liber unus brevissi- mo tempore non sedulò lectus , sed leviter inspe- xus , imò ab alterò tantum auditus . Illi enim Pala- tini casam fortè ejusdem eremiculæ ingressi , re- pereunt codicem in quo scripta erant acta S. An- tonii , arripuit unus librum , inspexit , legit . Vix inspexit librum , despexit uterque mundum : & ambo jusslerunt mundum res suas habere ; & ut tandem essent sui , deseruerunt sua . Sic unius li- bri lectio , utriusque fuit à mundo aversio , ad Deum conversio . Tanti refert , ut sit inter paucos electos ,

(a) L. 8. Confes. c. 6.

Octob. Octob.
electos, vel pauca è pio libello subinde legere. Im
sufficit ad plenam animi libertatem, sedulo ledo
vel unicus liber. Unde rem acutetigit, qui hoc
cinit:

Ut sis menti liber, satis est vel lectio libri.

14. DIES OCTOBRIS.

Nemo querat efficientem causam voluntatis mala
non efficiens, sed deficiens. *S. Augustinus lib. 2,
civ. Dei.*

Volunta- I.
tis Refor-
matio.

Tandem dicendo prolapsi sumus ad
palmare omnis boni, & mali in
strumentum ad illam animi fac-
tatem, quæ quia in omnes ejus facultates, summo
pollet imperio, earundem indigetur Regna. Hic
est Voluntas, in qua summa sit quidvis volendi, &
nolendi, pro imperio potestas, & pro arbitrio li-
bertas, illa una est, quæ nos manuducit ad Virtu-
tem, vel ad Vitium, & quod inde sequitur ad sal-
tem, vel exitium, ad cœlum, vel ad orcum. Vo-
luntas mala, licet pariat omne malum, non tam el-
efficiens, quam deficiens: quia quod agit teste Au-
gustino, non est effectio, sed defectio. Illa enim efficit
ut deficiant omnes Virtutes. Illius ergo regendæ cu-
ra, non tantum debet esse summa, sed propè sola.
Nam illius Voluntatis reæta gubernatione, licet totam
felicitatis molem dirigere, machinas omnes miseris
diruere, & Fortunam immotam, raro miraculo fige-
re. Mala quæ patimur sunt plurima, quæ facimus ma-
xima. Plura sunt igitur mala, quam malorum remedia.
Itaque singulis malis singula respondere nequeunt

Octob. Octob.

pharmac
morbos
ordinata

II. A

modus in

gulas sp

indique

merantu

super no

imò torr

mus fug

dium, q

ret in lan

tum tel

omnes p

jdum e

imb ad

nia obtu

sed p

peccus a

cobelli

modest

Quæci

contra

omnes

fortun

Virtus

pantis

tate.

III

tas,

Æqu

phar